



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

411. Excommunicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

strictus, saluberrimas admonitiones obturatis auribus cordis audire contemperit. Dominus dicit in evangelio de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suscipere correptionem,  
*Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit, si-* Matth. 18.  
*cum ethnicus & publicanus; id est, jam non est*  
*computandus inter Christianos, sed inter pa-*  
*ganos. Hinc Paulus, Domini & Magistri do-*  
*ctrinam sequens, Corinthios redarguit quare*  
*cum criminosis ac sceleratis communionem*  
*haberent, dicens: Vos inflati estis, & non ma-* 1. Cor. 5.  
*gis lucentum habuistis, ut tollatur de medio ve-*  
*strum; id est, separetur à vestro consortio qui*  
*tale scelus operatus est. Et adjungit: Ego qui-*  
*dem absens corpore, praesens autem spiritu, jam*  
*judicavi ut praesens eum qui sic operatus est, in*  
*nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis*  
*vobis & meo spiritu, cum virtute Domini mei*  
*Iesu tradere hujusmodi Satanæ in interitum car-*  
*nis. Et post pauca: Scripsi vobis ne commiscea-*  
*mini fornicariis. Et statim infert: Si quis fra-*  
*ter appellatur, id est, Christianus, & fornicata-*  
*tor est aut rapax, cum hujusmodi nec cibum su-*  
*mere. Et alibi: Auferte malum ex vobis. Et:* 1. Cor. 7.  
*Infidelis, si discedit, discedat. Una enim ovis* 1. Cor. 5.  
*morbida omnem gregem contaminat, & mo-*  
*dicum fermentum totam massam corrumpit,*  
*& plerumque unum membrum putridum to-*  
*tum corpus inficit. Et ideo tam perniciosa pe-*  
*nitis à corpore Ecclesiæ radicitus evellatur.*

## EX COMMUNICATIO.

CCCCXI. Dominicis igitur atque apo- Burchard. lib.  
11. c. 5. & a-  
stolicis informati præceptis, judicio Patris, & pud Centuria-  
Filiij ejus Domini nostri Jesu Christi, & Spi- tores ibid.